Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Circumeat animus tuus: p uniuersam creaturam. Undiq: ubi dabit cre
atum. d sine fecit. Quo quid te delectarit. in par te artificem commendat. magis
que. sicut cum ea sunt uniuersi considerantio concipit artificis laudem; uides
caelos magna operatos sunt. uide terram. d sfecit. semnumnumeros diuer
sitates germinum multitudinem animalium. Circumu ad huc caelos usq:
ad terram. ubi relinqua sundiq: ubi omnia resonant conditorem. & ip
se species creaturarum uocesse sunt quaedam creatorem laudantium; Quis
autem explicet uniuersam creaturam. quis illam explicet laudib:. quis digne
laudet caelum terram & mare & omnia quae in eis sunt. & ista quidem uisibi
lia quis digne laudet. angelos. sedes. dominationes. principatus. potestates.
Quis digne laudet hoc ipsum quod in nobis uiget. uegetans corpus. mouens membra
sensus exserens memoria tam multa complectens intellectu. tam multa
discernens. quis digne laudet. & si ministis creaturisdi. si laborat humanus
sermo. In creatorem quid agit nisi sola restet sermone deficiente ubilatio,
Circumiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam iubilationis. & est alius
sensus. qui mihi uidetur ad contextionem psalmi magis pertinere; quia enim
dixerat in pe & in se exaltatum. quod est xps: & caput suum exaltatum super
inimicos suos. quod est xps: & ante sequi. In pe & in exaltatus est. In eo dem capite
suo exaltatum intellegi uolunt super inimicos suos: referens hoc ad honorem ec
clesiae. cui cessit inimicorum persequtio; & quia hoc per fidem orbis terrarum
factum est. Circumiuinquit & immolaui in tabernaculo eius hostiam iu
bilationis: id est considerui fidem orbis terrarum. In qua exaltatum est
caput meum super eos quime persequebantur. & in ipso tabernaculo eius. id est
in ecclesia toto orbe diffusa. in effabiliter laudaui dnm; cantabo & ipsal
lando; securi erimus. & securi cantabimus. & securi psallimus. cum con
templabimur delectationem dni. & pregimur templum eius. nulla cor
ruptione. quando absorbebitur mors in victoriam; modo quid. quia nam
dicta sunt gaudia illa. quae habebimus. cum acceperimus. unam illam pe & ti
onem, modo quid. Exaudi ne uocem meam; gemamus modo. oremus
modo; gemitus non est. nisi miserorum. oratio non est. nisi indigentium,
transit oratio. succedet laudatio. transit fletus. succedet gaudium; in
terim modo Quando in dieb: malorum nrorum sumus. nunc et oratio
nre addm. aquo unam illam petamus. & ab ipsa petitione non desinamus.
donec ad eam illo donante ac perducente peueniamus; Exaudi ne uocem mea
quae clamauit ad te. miserere mei. & exaudime; unam illam petit tam diu rogans: